*colloq Marpurg.*apud *Melancht in hiſt. A.C p.* 641. (quem fruſtra excuſare conatur *Sachs. in Analyſ l. 2. c.5 p.*172. *cum Hoſpinian. in hiſtor. Sacram. P.2.p.*75.) *Georg. Lupichius cōtr. Selnecc p.*7. *Marc. Beumler cōtr. Synopſ. Heilbr. f.*177. *Boquin. in Canon. cent.*3.*f.*34. *Morn. de verit. R.C. c.*5 *Piſcat ad Elench. Buſch. c.*14. *Jacob Grynæus diſp de Euchar Heidelb. th.*25.26. Unde & *Fauſt Socinus in l. quod Evangel. ſe deb. iis, adjung.* ut probet *p.*34. Filium DEI ſuam à Patre eſſentiam nō habere, adducit teſtimoniū *Calvini* & *Bezæ*. Conf. D. *Meiſn in conſid Theol. Phot c.*4. *rat.*16.*p.*420.*n.*15. *Et in prob. fidei Calvin. ſecund. c.*2.*p* 87 *ſeqq. Andr. Duditbius Socinianus*, ut probet in Epiſt. ad *Joh. Laſcium* Symbolum Nicenum non eſſe verum *Symb.* adducit teſtimonium *Calvini.*

§.5. Viam aperit non *Lutheraniſmus*, ut vult *Admon Neoſt c.*8 *p.*343. ſed *Calviniſmus Turciſmo & Judaiſmo* quod D. *Schlüſſelb. P.* 1. *L.*2. *Th. Calvin p* 10. probat ex eo, quod in obſidione urbis *Pleſcoviæ Turcicus legatus* ad *Regem Poloniæ* miſſus disertè faſſus ſit *Turcicum Imperatorem* optare omnium *Calviniſtarum* è Germania ejectionem, & profugium eorum ad *Turcas*. Hoc enim ſi fiat *Turcarum* religionem mox latius propagari poſſe, utpote cum *Calviniſtarum* doctrina, paucis articulis exceptis, prorſus congruentem. Húc facit *Calvinus Judaizans D. Æ. Hunnii.* Conf. *Calvin. Comm in Pſ. Petr. Galat. l. d A.C.V. & D Gieſſ. T. IV. Diſp.*

§.6. Viam aperiunt *Calviniani Weigelianis*, cumque iis conſentiunt, ἰδικῶς autem cum *Roſeæ crucis fratribus* (vulgo Roſencreutzer) Probat id *D.N. Hunn. in refut. Weigel.* § 41.*p.*52. non tantum ex eo, quod *Zwingl. & Schwenckfeld.* conjunctiſſimè vixerint, ita ut ille hujus libellū primum de Sacramento in prooemio commendarit, ejusq; vices in defendendo ſuſtinuerit, uti *Schwenckf. Epiſt.* 79. *ad Joh. Baderum Paſtorem Landavienſem f.*673. *teſtatur*, ipſeq; *Carolſtadius*, qui *Zwinglij* in pugna Sacramentaria coadjutor fuit, Propheta novus fuerit, ſed & quod *lib cui t. De divinæ verit manifeſt. A.* 619. *excuſ.* à *fratre* quodam *Roſeæ crucis in præf.* approbatus, Principib. *Calvin.* dedicatus, quod *l. cui t. Sylloge* An hoſtia ſit verus cibarius & συνωνύμως dictus panis a *fratre Roſ. crucis* donat *Joh. Conr. Rhumelio*